



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Series Actorvm Omnivm In Canonizatione Sancti Thomae
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

Romae, 1658

Laurentius Sancti Angeli in foro piscum Cardinalis Raggius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9857

Benedictus Sanctorum Cosmæ, & Damiani
Cardinalis Odescalcus.

IN carne præter carnem vixit Beatus Thomas de Villanova, Beatissime Pater. Siue enim intra sui religiosissimi Ordinis claustra viueret, siue Archiepiscopal dignitate fulgeret, in singulis virtutibus ita eminuit, quasi cæteras non haberet: eiusdem quæ diuitiæ fuerunt nihil possidere, & Crux, quam tota vita familiarem habuit. Nam quod suo præparco victui supererat, in pauperes erogabat, quos ardentissimè ab incunabulis dilexit, ut meritò de se dicere potuisset. Ab infantia mea crevit mecum Misericordia, & de utero Matris meæ egressa est mecum. Cœlitum ergo cœtui adscribendum censeo, qui cœlestem vitam in terris exegit: Sic enim magis mortalibus præfulgebit ad vitæ immortalitatem, & charitas in egenos, quæ in Christi fidelibus elanguit, feliciter florescit.

Laurentius Sancti Angeli in foro piscium Cardinalis Raggius.

Par est, Beatissime Pater, ut qui Christianæ militiæ Duces meritis æquiparat, eosdem exæquet & titulo. Thomas de Villanova, per arma Iustitiæ, bonum certamen certauit, prodigus animæ magnæ in sui victoriam, & magnarum diuitiarum in triumphum Charitatis. Morbi profligati; pauperes euangelizati, vita propagata, sanctissimum prædicant. Nil abest igitur quin sacro Heroi laurea, & diadema decoris decernatur, ut egregiorum facinorum præmia, æquè, ac ipsa facinora, eluescant in splendoribus Sanctorum.

Fran-